



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 30. Plures Innocentii XIII. Constitutiones, & Sacrarum Congregationum decreta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

Eadem autem die, qua Cardinalis in-
 cifuræ sese subjecerat, invalescente
 Gangræna paucis post horis die deci-
 ma Augusti Versaliis decessit, annos
 natus sexaginta septem; Corpus ejus
 Parisios in Ecclesiam S. Honorati, ubi
 Canonicus erat, translatum, ibidem
 cum ingenti pompa, magnoque Aure-
 lianensis Ducis luctu sepultum est. Die
 etiam vigesima sexta Augusti Rex in
 Cathedrali solemnes exequias funera-
 les celebrari, omnesque Curias & Uni-
 versitatis membra interesse voluit, sa-
 crum celebrante ipso Noaillio Cardi-
 nale: Adscribitur huic Cardinali libel-
 lus de Regulis boni Concionatoris, &
 alius in Hollandia *de religione Sedis Apo-
 stolicæ* impressus, quem tamen Cle-
 mens XIII. Anno 1730. die vigesima
 tertia Decembris proscripsit.

*Sæc. XVIII.
 A. C. 1723.*

§. XXX.

*Plures Innocentii XIII. Constitutio-
 nes & Sacrarum Congregatio-
 num decreta.*

Præter plures Constitutiones, quas
 Innocentius XIII. intra Pontifica-
 tus sui angustias condiderat, sequentes
 recenseri merentur. Confirmavit ita-
 que Constitutionem Pii V. de exem-
 ptione

*Bull. magn.
 Const. In-
 noc. XIII.
 S. Episc.
 Rituum Eccl.
 Congr. decis.*

Qq 5

Sæc. XVIII. ptione a decimis, aliisque oneribus Or
 A. C. 1723. dinis Teutonici ad normam Equitum
 Melitensium; perimpense etiam Pontif
 fex fidelium liberalitati commendabat
 necessitates Terræ Sanctæ: innovabat
 quoque *Bullam Cænæ*, denique decre
 rabat Canonicis Regularibus S. Augu
 stini Superioris Germaniæ competere
 easdem indulgentias plenarias, quæ
 Lateranensibus fuerunt concessæ: cum
 Patres Carmelitæ Excalceati, Pater
 tiæ juxta Gregorii XIII. PP. Constitu
 tionem Dominica infra Octavam Co
 poris Christi quotannis supplicationes
 instituerent, & quandoque a Paroch
 loci, per cujus fines transibat
 licentiam peterent, quandoque non
 Parochus vero priori anno non
 sine scandalo processionem impediret
 facto recursum Sacra Episcoporum & Re
 gularium Congregatio die decima quinta
 Januarii ad P. Adeodatum a S. Theresi
 Priorem rescripsit, licere Patri
 Carmelitis absque Parochi licentia
 facere Processionem, hancque causam
 haud ultra esse proponendam. Sacra
 etiam Rituum Congregatio die vige
 ma septima Februarii decidit, quod
 officium SS. Redemptoris coincideret cum
 festo Dedicationis Ecclesiæ Parochialis
 & Matricis, illud transferendum
 juxta Rubricas. Die autem decima
 septima

sexta Aprilis Sacra Episcoporum Con- Sæc. XVIII.
 gregatio declaravit, quod Regulares A. C. 1723.
 accedentes ad publicas & generales
 Processiones incedere queant sub pro-
 pria Cruce absque licentia Parochi:
 cum autem huic decisioni Parochi qui-
 dam *quoad exequias* sese opponerent, ob-
 tendentes, quod non obstante imme-
 morabili consuetudine in propria Regu-
 larium Ecclesia, in qua defuncti sepul-
 turam elegerunt, ipsi Parochi & non
 Regulares exequias facere deberent,
 eadem S. Congregatio respondit, exe-
 quias pro cadaveribus illorum, qui sibi
 sepulturam elegerunt in Ecclesiis Re-
 gularium, ab ipsis & non a Parocho
 esse faciendas.

§. XXXI.

*Monasteriensis Synodi Diœcesanæ
decreta.*

Hoc item anno Clemens Augustus Mo-
 nasteriensis Episcopus die tertia Concil. Ger-
 Octobris rursus Diœcesanam habuit Sy- man. t. 10.
 nodum, in qua decretum contra ariolos pag. 427.
 anno priori editum innovavit, atque in
 vernaculam linguam, ut omnibus in-
 notesceret, verti iussit, statuitque, ut
 omnes & singuli, pro animarum cura
 examinandi cujuslibet mensis prima
 hebdomada feria quarta coram Vicario
 Generali habitum Clericalem induiti
 com-